Bñdictũ ſit dulce nom dñi noſtri Jhu xp̄i et glorioſiſſime virginis Marie matris e' in eternũ et vltra Amen. Nos cũ ꝓle pia bñdicat virgo Maria Amen. Quicũqz h legerit totiens q̄tiens habet tres annos indulgentiaꝝ quos Clemens cõceſſit ob rogatum Ludowicũ ſancti regis Francie ſolenniter.

Sancta clara canoniſatur ab Alexandro. 1255.

Speculum hyſtorie Vincentij hic finit.

Conciliũ Lugduni celebrat' per Grego. 10. in quo fuerũt 500. ep̄i. 60. abbates et alij prelati circa mille et Greci et quidam Tartari ſolẽnes ibi fuerunt baptiſati.

6952. Guilhelmus Prouincial' 6963. Longob. Lũbard' Januenſ Hyſpanus de Vrinis.

Alexander 4' ã. 7. mẽ. 5. Capanus. di. 5.

Vrban' 4' ã. 3. m. 1. 8. 7

Clemẽs 4' ã. 3. m. 9. di.

Gregorius 10' ã. 5. di. 10.

Innocẽ. 5' m. 5. die. 2.

Adrian' q̄nt' m. 1. die. 9.

Johes 21'. mẽ. ſiu. 8.

Rõnus Nicola' 2' an. 1.

1255. 25. 1265. men. 9.

Iſte Alexander quedam Mãfredũ pſeudo regẽ Cicilie excõicauit duos falſos libros cõdẽnauit loq̄ntes contra mẽdicitatẽ et euangeliũ xp̄i ꝛc. ſcãm Claraꝫ canoniſauit. Moritur tãdẽ Viterbij et ibidẽ ſepelitur.

Iſte Vrban' fugauit exercitũ Saracenoꝝ ꝑ crucẽ ſignatos quẽ Manfredus cõtra eccãm miſerat Et contulit regnũ Cicilie comiti ꝓuincie q̄ fuit frat' regis Frãcie vt fugaret Mãfredũ Tandẽ morit' Peruſij et ibi dẽ ſepelit' Et Mãfredus poſtea vita et regno priuat' p Karolũ

Iſte Clemẽs ſcũs fuit et ꝓphetico ſpiritu ꝑdixit hoſtes eccẽ tanꝙ fumũ peritutos Vñ creditur ꝙ deus eius meritis tribulacõnes eccẽ plurimas extinxit. Hic habuit ãtea vxorẽ et liberos ꝛc fuit ꝓuincial' nacõe

Iſte Gregorius ſatis acãdẽtalr venit ad papatũ. q̄ cũ eẽt archidyacon' Leodienſ et iuiſſet vltra mare cũ deuocõis exñs ibi dẽ in papaꝫ eligit'. Per ſus. Papatus mun' tulit archidyacon' vn'. Hũc prẽm patꝝ fecit diſcordia fratꝝ. Verꝫ hoc a ſpũſcõ factũ non dubiũ eſt. q̄ valde bene ſe habuit. non intẽdens pecuniarũ lucris. ſꝫ elemoſinis pauperꝝ Fecit etiã ordinacõem vnam quoqz epoꝝ cardinaliũ ꝙ plurimũ laudabilẽ. q̄ honeſtas et valẽtes pſonas aſſumpſit. Morit' Arecij ſepultus ibidem.

Iſte Innocẽtius fuit de ordine ꝑdicatorũ famoſus doctor ãtea vocatus Petrus de Tharẽthaſia. Lũbardus nacõne Morit' ſtatiꝫ Rome ſepultus in Laterano.

Iſte Adrianus fuit nepos Innocẽtij quarti et etiaꝫ ſtatim morit' Viterbij ibiqꝫ ſepelitur.

Iſte Johãnes fuit in ſcientijs diuerſ famoſus. ſꝫ moribus ſtolid' omnibus tñ odioſus. ſꝫ cũ diceret ſe diu victurũ ſtatim cũ camera noua corruit et mortuus eſt Viterbij.

Iſte nicolaus magnificus fuit in edificijs extruẽdis et bñ rexit vrbem diebus ſuis et ordinacõem cardinaliũ fecit anno 1. pontificatus ſui. Et ſcãdo moritur. vñ ſe q̄tur turbatio romanoꝝ ꝓpter partiã Vrſinoꝝ et Hanibaldeñ. et homicidia.

Piſcis marinus in ſilitudine leonis captus fuit anno .j. Martini pape et da
bat plactus horribiles et adductus in vrbem veterem cunctis oſtēſus eſt qm̄
monſtrū hoc vulgo interp̄tante eſſet ſignū futuri diſcidij q̄d ꝗ factū eſt
qꝛ ſtatī poſt Sicilia interfectis alienigenis ꝗ fetibꝰ in materno vtero oc
ciſis crudeliter ab obia Karoli ſui regis et p̄ ꝯñs ecc̄e receſſit . et Petruz
Aragonū regez aſſumpſit . et multa mala ſecuta ſūt Et in vrbe partia
ſurrexit . qꝛ Vrſini ꝯtra Hanibaldos cū multa ſāguinis effuſiōe pugna
runt . Itē et inter Saracenos multa milia occiſa fuerūt . Et ideo non mi
rum ꝙ patrimoniū ecc̄e patitur ſolito more . qꝛ tēpus ē

Impatores.

vt iudiciū incipiat ab ecc̄a dei . Rex Karolus non lōgo
ante Martinū obijt bene diſpoſitis ſingul' et deuote ſa-
cramentatus Petrus vero inobis filius infeliciter mortuus eſt ex vulne
re quod in bello ſuſcepit ſicut ſolent mori p̄ſecutores ecc̄e . qꝛ duruz eſt
fragili homini contra ſtimulū calcitrare .

Frāciſcus petrarcha poeta et heremita ſcripſit plura ſtilo eleganti .

Tartari inuadunt regnū Conſtātinopolitanū multaſqꝫ terras
imperij occupāt ſtragem indicibilem de hominibus facientes .
villa eſt .

Nicolaus de Lyra doctor theologie clarus habetur Pariſius . h̄ fuit Iudeus
nacōe Conuerſus autē valde p̄fecit in ordine minorū et ſcripſit ſup̄ to
tam bibliā et alia . vel fuit anno dn̄i . 1330 . vide in libris ſuis . Alij dicūt ꝙ
fuit de Brabātia de p̄ntibus xp̄ianis . ſed ob paupertatem viſitauit ſcolas
Iudeoꝝ et ſic didicit linguā illā . Vel iſte Nicolaus a Iudeis informa
tus eſt ī puericia .

Wernherus puer ſcūs ruſticanꝰ mar
tiriſat' a Iudeis et requieſcit in Veraco .

Tripolis capitur a Saracenis et xp̄ianita
tis nomen ibidē deletur .

Achon illa fortiſſima et inexpugnabil' ci-
uitas capit' a Soldano et Saracenis p̄p-
ter diſcordiā variaqꝫ nationū in ea ꝯmorā
tium et deleta fuit et ꝯñr tota ſimul terra
ſcā occupat' a ſaracenis p̄pter nimia pc̄tā
xp̄ianorum qui ibidem tunc morabantur .

Ordo Celeſtinoꝝ inchoat' p̄ viꝝ ſcm̄ Ce
leſtinū qui in papā elcūs fuit nec vnꝗ̄ ceci
dit a p̄poſito ſacto vſqꝫ hodie .

Iubileus inſtituit' a Bonifacio de cen
teſimo in centeſimū ſemp̄ duraturus .
Et fuit primus Iubileꝰ anno domini
1300 .

Liber ſextus decretaliū publicat' . et fu
it miſſus ꝯ ad ſtudia vl'ia p̄ Bonifaciū
octauum .

Feſta . 4 . euāgeliſtarū et . 4 . doctorum
inſtituūtur Ieronimi Auguſtini Am
broſij Gregorij .

Anno mundi . 6473 . — 6483 .

Gallicus . — Romanus . — Iubardus . — Campanꝰ .

Pape . — Martinꝰ 4ꝰ ā . 4 . men . j . — Honorius 4ꝰ ā . 2 die . j . — Nicolaꝰ 4ꝰ . ā . 4 . men . j . — Celeſtinꝰ 5 . m . 5 . di . 5 . — Bonifacius 8ꝰ . an . 8 . mē . 9 .

Anno chriſti . 1279 . — 1289 .

Iſte Martinus fuit religio
ſorū amator et p̄ns operibꝰ
valde intētus . Hic excōica-
uit impatorē Conſtātinopo
litanū eo ꝙ non redierat ad
fidē ſicut p̄miſit in ꝯcilio Lu
gdunenſi p̄pter quod multa
paſſus fuit et tota ecc̄a ſiml'
Sicil' et petrū regem Arra
gonie inuaſorē regni Sicilie
excōicauit Tandē poſt mul
ta bella q̄ inſtruxit cōtra p̄fi
dos ꝗ tribulacōes . morit' Pe
ruſij miraculis clarens

Iſte Honorius fuit
hō temꝑatus ꝗ magne
diſcrecōis libēter ha
bens pacez nulli leſi
uus . Hic p̄dicari fe-
cit crucē ꝯtra Petrū
inuaſorē regni Sici
lie .

Carmelite huiꝰ tp̄e
dimiſſis mantellis
varijs cappas albas
ſuſceperunt .

Cometa viſus eſt ſi
gnū mali . qꝛ plura
ſecuta ſunt afflicti-
ua chriſtianitatis .

Iſte Nicolaus fuit
dcūs frater Ieroni
mus miniſter gene
ralis in ordīe mino
rum q̄ licet bonꝰ ho
mo in ſe fuerit tn̄ ml'
ta infelicia ecc̄e ſuo
tp̄e acciderūt . Naz
multa bella orta fue
runt in vrbe ipſius
occaſione qꝛ nimis
adheſit vni p̄ti Ptꝰ
hūc vacauit ſedes ā
nis . 2 . menſibꝰ . 6 .

Iſte Celeſtinus to
tus ſcūs fuit ꝗ ob
hoc cū p̄ annos du
os cū medio cardi
nales ꝯcordari nō
poſſent : ipſū tandē
de heremo vocan
tes elegerunt . Et
ſtatī p̄pē onꝰ papa
tus reſignauit . Et
ab eo dcūs ē ordo
Celeſtinoꝝ . Cano
niſatus ē primꝰ p̄
Clementē ſb̄ noīe
ſci petri ꝯfeſſoris .

Iſte Bonifacꝰ fuit
vir in hijs q̄ ad curiā
p̄tinent experientiſſi
mus et qꝛ parē non
habuit nō poſuit pru
dētie ſue modū . in tā
tam arrogantiā erex
it ſeipſū vt dn̄m tociꝰ
mūdi ſe dicēt taz
in tp̄alibꝰ ꝙ̄ in ſp̄ūa
libꝰ Et multa magni
fice fecit q̄ in fine mi
ſerabil'r defecerūt de
ditqꝫ exēplū cunctis
prelatis ne alta ſape
rent . ſed forma facti
gregis magis ſtude

rēt amari a ſb̄ditis ꝙ̄ timeri Hic eſt de quo dr̄ ꝙ intrauit vt vulpes . vixit vt leo . et morit' vt canis ꝗc̄

¶ Iſte Adulphus fuit cōmes de Anaxone. Et nō fuit coronatus p papā quia obijt in bello quod cum Alberto duce Auſtrie habuit.

¶ Iſte Albertus fuit dux Auſtrie filius Adulphi pdcī. Hic primū a Bonifacio reprobatus deinde ab eodē ↄfirmatus ꝓpter regem Frācie tūc inimicū eccleſie. Cui etiā ſcȝ alberto idē papa regnū Frācie ſbiecit ſicut et alia regna. ſed nihil ꝓfuit. Tandē occiditur a nepote ſuo.

¶ Iſte Henricus fuit comes Lebureñ. in militaribꝰ actibꝰ ſtrenuiſſimus pacē per terrā et aquā tenere ↄcupiuit victor glorioſus et bellator iuict⁹ extitit. coronatus fuit a Clemente. 5. Tandē intoxicatus fuit ſumendo eucariſtiā. Hec legunt̄ in libris et fama fertur per quendā de ordine predicatoꝝ facta. ſꝫ mihi pñtate fuerunt lrē teſtimoniales in q̄bus excuſat̄ ordo de hijs et ꝙ falſe hec impoſita fuerūt venerabili viro dn̄o Bernhardo de monte Politano q̄ erat frater eiuſdē ordinis homo prudens et religioſus ſacerdos de claro genere natus in curia imperiali pncipibꝰ equalis. Obtulit etiā ſe in ciuitate Arecij inter amicos impatoris ſtatē iuri et ad omnē obiectōem fiducialr̄ rñdere. Cui placet requirat huiōi apud ꝓfeſſores eiuſdē ordīs et plene informabit̄ de hijs ad omnem copiam.

Adulphus an. 6. — Albertus ānis. 10. — Henricus ſeptimus ānis. 5.

¶ Cometa apparuit et ſeq̄tur ſtatim bellū flādrēſe vbi cecidit flos militie Gallicane. 1302.
Terremotus magni fuerūt nec auſi fuerūt hoīes manē in ciuitatibꝰ. Et papa Bonifacius ſilr̄ in prato q̄ſcebat.

¶ Ludouicus olim rex Frācie canonizat̄ p Bonifaciū. 8.

Alanus doctor vlīs.
Johannes Scotus doctor ſubtilis.
Johēs andree iuriſta maxim⁹ claret Bonomie plura ſcripſit ſolenniter

¶ Rhodus inſula capit̄ de manibꝰ Turcoꝝ per dn̄os ordinis ſancti Johis Iheroſolimitani cū. 5. adiacētibus. Et fuit bellatū annis. 9. et xpiani finalr̄ obtinuerunt

¶ Iudei expellunt̄ de regno Frācie omnibꝰ eoꝝ bonis confiſcatis illic minime reuerſuri.

¶ Tēplarij deſtruunt̄ ſbito miratibus vniuerſis q̄uo tanti dn̄i ſic inſperate perimunt̄. Magiſter ordinis ↄburit̄ Pariſius. Cauſa autē publica fuit poſtea q̄ fuit ꝓphana ꝓfeſſio cū abnegacōe xpi et expuicōe ſup crucē in obprobriū crucifixi ꝑut plures eoꝝ ↄfeſſi fuerunt. Et ſtetit ordo iſte annis. 189.

¶ Dulanus herefiarcha Nouarienſ cū Margareta vxore ſua heretica et cōplicibꝰ ſuis ↄbuſti fuerunt. ſed prius membratim cōſciſi fuerunt. crux pdicata fuit.

6493. — 6502.

¶ Pape. — Bonifacius 8⁹ ān. 8 men. 9 die. 17. — Vaſco. Clemēs 5⁹ an. 8. men. 10. die. 15. — Johēs. 22⁹ ā. 18

1299. — 1309.

¶ Iſte Bonifacius vir ſciūs fuit de ordie pdicatorū paꝝ ſupuixit et obijt Peruſij. ibidē ſepultus in eccā pdicatoꝝ miraculis choruſcās. Hic subortū diſcidiū inter regē Frācoꝝ et Bonifaciū ſedauit et pruilegia reſtituit et libtates q̄bꝰ rex priuatus erat. Et vacauit ſedes p annū ſequentē et plus ꝓpter diſcordiā cardinaliū.

¶ Iſte Clemens fuit tante prerogatiue in expediendis negocijs eccē que tūc plurima fuerunt vt etiā abſēs eligeret̄. Hic ↄcíliū celebrauit Vienēſe et libꝝ ſeptimū decretaliū q̄ vulgariter Clemētinaꝝ dr ↄpilari fecit. inq̄ſitores ↄtra tēplarios miſit. venetos ſupauit. regulā minoruȝ declarauit tēplarios dānauit et ordineȝ ſcī Johis Jeroſolimitani exaltauit. Tandē poſt multa q̄ laudabilr̄ egit morit̄. Et vacauit ſedes annis. 2. menſibꝰ. 3.

¶ Iſte Johēs totus glorioſus fuit quo ad ea q̄ in actiua vita exercēda ſūt. ↄſtitutiones Clemētis publicauit et ad vniuerſalia ſtudia miſit. multos ſcōs canoniſauit. Epiſcopatus pingues diuiſit. ↄtra pluralitateȝ bn̄ficiorū multa bona inſtituit et hereticos plures pāpuo zelo dānauit. 7c. An autē ſaluatus ſit an nō. dn̄s etiā ſuis deuotiſſimis reuelare noluit. Ipſe etiā fundauit domum Bonipaſſus ordinis Carhuſ̄ ſuper Durētiam ꝓpe Auinionem.

1311.

¶ Conciliū Vienenſe in quo preſedit Clemens. 5. multa ibi ſūt ſtatuta ꝓ ſalubri regimine eccē et hereſū extirpacōe. Et minores inter ſe tumultuantes cōcordati fuerunt. pars vna dcā fuit ſpūalium alia vtiq; non habuit vocabulū hoc.

¶ Iſte Ludowicus fuit dux Bauarie et ↄtẽpſit coronacõem dñi pape quapropter ab eo depoſitus eſt et multus ſibi labor et pericula ſucceſſerunt. Niſus eſt etiã ſcindere vnitatẽ eccẽ. Et Fredericum ducẽ Auſtrie ↄtra ſe electũ vicit in tribulacõe et ↄtumacia vſq; ad finẽ durus pmãſit. grãde periculũ anime ſue reportãdo. Tandẽ Karolus ↄtra eum eligit᷑ qui pualuit. et Ludowicus de equo cadens ſbito morit᷑

¶ Ordo nouorũ militũ Jhu xpi inſtituit᷑ in Portigalia per Johem. 22. contra Saracenos.

¶ Aſtronomi maximi fuerũt Pariſius hoc tpẽ videlicet Johes de Ligneriis Johes de Saxonia Johes de Muris et Buridanus maximus phs q̃ inuenit viam modernoꝝ.

¶ Impatores.

Ludowicus 9⁹. āñis. 31.

¶ Thomas de Aquino doctor ſcũs canoniſatur. 50. anno poſt obitũ ſuum.

¶ Thomas eps Erfordeñs canoniſat᷑.

¶ Ludowicus Toloſanus epũs canoniſat᷑ filius regis Sicilie ordinis minorũ.

Clemẽtinarũ liber publicat᷑ et ad ſtudia vlia dirigit᷑ per Johem. 22.

¶ Pauperes de Lugduno q̃ ſe dixerunt de tercia regula Frãciſci tanq̃ heretici dãnati ſunt et ↄbuſti pluribꝰ locis et vicibꝰ cũ ſuis articul᷑ erroneis. Vnus articulus fuit q xps et apli nihil habuerũt in ꝓprio vel cõi. et q nullũ ius habuerint in hiis que ſcriptura dicit eos habuiſſe.

¶ Johes Mandeuil doctor in mediciña et miles in armis nacõe Anglicus fuit circa hec tpa Et mirabilez peregrinacõem quaſi tocius mũdi pfecit Et ſcripſit eam tribus linguis.

Odericus vir ſcũs de ordine minoꝝ in Aſia et India euangeliſãdo diſcurrit miraculis clarus Et. 9. ſcõꝝ martirum corpora ſui ordinis de ciuitate Hormes trãſtulit per mare ad ſuperiorẽ Indiã in ciuitate Cariã non ſine miracul᷑ Et dſcripſit pegrinacõez ſuã.

Begardi multi ↄbuſti ſũt Pariſ? ꝓpter hereſim pauperũ. qui ſub ſpecie boni mala ſuſcitar᷑ conabant᷑ Et Michael general᷑ minoꝝ fuit cũ ſibi adherẽtibus declaratus hereticus. Numerus ↄbuſtoꝝ tam de ordine eodem q̃ aliorum. 139.

¶ Spũs Guidonis multa reuelat in ciuitate Alexij ppe Romaꝝ. et de hoc pulcer libellus eſt ſcriptus.

Ventus magnus fuit q̃ terras mouit et vndas et edificia ſubruit. Viſio flebil᷑ facta eſt cuidã heremite i pñia dñi Innocẽcij pape. 6. dũ adhuc cardinal᷑ eſſet. vñ aiebat Vidi animas in infernũ deſcendere ſicut niues denſiſſimas. in purgatoriũ ſicut niuem rariſſimã. ſed ad paradiſum tñ tres vidi introire. ſ. illius epi ac illius vidue romane et illius prioris Carthuſienſ᷑. q̃ omnia ſic poſt reppenit vera. Et maximam deuocõem ad ſacꝝ ordinem Carthuſienſiũ deinceps habuit.

¶ Ludolphus Carthuſienſis prior Argentineñs q̃ vitam Jhu ↄpilauit egregie et alia.

¶ Anno mundi. 6513. — 6523. Toloſanus.

¶ Declaratũ eſt per Johem. 22. edicto ꝑpetuo hereticum eſſe cẽſendum aſſerere xpm et aplos nihil habuiſſe in ꝓprio nec in commum Itẽ affirmare q in xpo eiuſq; aplis in hiis q̃ eos habuiſſe ſacra ſcriptura teſtatur nequaq̃ ius ipſis vtẽdi ↄpetierit nec illa donandi. aut ex ipſis alia adq̃rendi. erroneum et hereticũ idem Johes papa declarauit.

Bñdcus. 12⁹. ã. 7. m. 3. di. 18

¶ Declaratũ eſt per Bñdictũ q anime ſancte q̃ nihil habent purgabile: primo ſtatim vt decedunt faciem dei vider᷑. aliter ſentire aut dogmatiſare eſt hereticũ.

¶ Anno Chriſti. 1319. — 1329.

¶ Nota q Johes. 22⁹. collegit de libris pdeceſſorũ ſuoꝝ ex ordine beati Bñdcĩ ſumos põtifices. 19. fuiſſe cardiales. 183. Archiepos 1369. Epos. 3502. Abbates inſignes. 15070. habuitq; canoniſatos ſanctos. 5555.

¶ Sciſma. 25. inter Johem. 22. et quendã Petꝝ de Carbario de ordine minoꝝ. Cã fuit tyrãnidis Ludowici q̃ ſcindere nitebatur vnionem eccẽ eo q Johes papa eũ excõicauit. et ideo iſtũ Petrũ in ydolũ erexit et veneratus eſt eũ. ſed nihil pfecit. quia ſtatim ſuccisum eſt et petrus venit ad pedes Johis veniam petens et obtinuit. tñ fuit ↄſeruatus vt hoſtis omnibꝰ diebꝰ vite ſue.

¶ Iſte Bñdcus fuit monachus monaſterij Bollenſis ordinis Ciſtercij et vocabat᷑ Jacobꝰ de Furno ab infantia bone vite et magiſter in theologia Factus autẽ papa: reformauit ordinẽ ſancti Bñdcĩ et Ciſterſienſiũ quod neccẽ fuit. In largiẽdis bñficiis durus fuit. et ne indignis ↄferrẽtur decretalẽ edidit q̃ ſic incipit. Bñdcus deus in donis. et multos priuauit Erat enĩ feruidus fidei cũ ſeueritate zelator. et ob hoc multis minus carus. Tante ĩ rigoroſitatis fuit q ↄſãguineos vix cognoſcere voluit dicẽs papam ↄſanguineos non habere.

¶ Judei per totam Almaniā fuerunt combuſti· q2 fontes et puteos intoxicarunt· ſicut plures eoꝝ confeſſi fuerunt id eſſe verꝝ·

¶ Iſte Karolus fuit rex Bohemie vir prudēs et aſtutus· Hic iuſſu Clementis fuit elcūs adhuc viuente Ludowico contumace Et q2 hūiliter ſci petri bn̄dictōez ac pape coronatōem expecijt more alioꝝ bonoꝝ regum· ideo in omnibꝫ bn̄ directus fuit et ꝑualuit contra oīs aduerſarios ſuos· Ipſe multa ſtatuit et precipue legem fauorabilem ꝓ perſonis et rebus ſpūalibꝫ que adhuc Karolina dr· Tandē moritur diuicijs plenus et gloria· ſepultus Prage

¶ Anno xp̄i· 1335· fundata eſt domus ſacte Barbare ordinis Carthuſienſ· in Colonia Agrippina illo in loco vt pie creditur vbi olim beatus Seuerinus ſancti Martini animaz in celum conſpexit angelico cum concentu·

Karolus quartus· ānis· 31.

Portētū ignis ī celo viſum eſt· qd a phīs vocat̄ candela rotunda Et eodē anno ſurrexerunt· 1351. cruciflagellatores Hec ſecta peſtifera ſurrexit in ſuperiori Almania et ad inferiorē deſcendit· demū ad partes Gallicas ɔfluebant huiōi ex diuerſis doctis ꝗ indoctis· nobilibꝫ et ignobilibꝫ· Flagellabant aūt ſe cū flagellis nodoſis acubus inſitis ꝛc· Et niſi papa ꝓhibuiſſꝫ multa mala attēptaſſent·

¶ Aquarū inundatio fuit maxima ñ ex pluuijs ſed ſcaturientiū terre venaꝝ· damna fecit infinita toto orbe·

¶ Bellū maximuz inter Phylippū regem Frāce et Edwardū regem Anglie fuit et tanta ſtrages vt mare Flandrenſe aliquot diebus tinctum ſanguine videretur·

¶ Peſtilēcia grauiſſima fuit ita q vix viui ſufficiebant ad ſepeliendū mortuos·

¶ Itē multe ville deſerte diu manſerunt·

¶ Jubileꝰ mutatur per Clementē de quinquageſimo in quinquageſimuz propter breuitatē humane vite·

¶ Sanctus Iuo Brito· doctor iuris canoniſatur· quia fuit aduocatus pauperum et ſancte vite· Hic ſolus inter omnes iuriſtas modernos ſcūs reputatur

¶ Talyarandus cardinalis ſancti petri ad vincula prelatus deuotus et amicus religioſorum et promotor bonorum fuit

1350·

¶ Lector qdam paulus noīe negando btām virginis ɔceptā fuiſſe ſine originali peccato corā toto clero et populo in Cracouia cecidit et expirauit· ſermone nondū finito vt teſtat̄ magiſter Henricus de Haſſia· Quod factum plures terruit in hac materia ſcribentes·

¶ Johanna regina Francie virtuoſiſſima et humilima et vt pie creditur ſancte obijt· 1339·

6513· 6393·

¶ Pape·

Clemēs 6ꝰ· ā· 10 men· 6.

Lemonicenſis· diebus 19·

Innocēcius ſextus ānis· 10·

Lemonicenſ·

1338· 1339·

¶ Iſte Clemens fuit nomine et re totus victorioſus· multaqꝫ per Benedictū rigoroſe facta mitigauit et quoſdā priuatos reſtituit· Laudabil̄ fuit rigor ſeueritatis Benedc̄i· ſed mľto amabilior fuit benignitas Clementis Hic erat ſermocinator egregius et ſermones mľtos collegit· Nullum īconſolatum a ſe abire ꝑmiſit· Elcūs fuit anno Chriſti· 1343· vt ī bulla quadam reperi·

¶ Iſte Innocenciꝰ amator fuit religioſoꝝ Et fecit fabricari in regno Francie ꝓpe ſanctum Andream ex oppoſito Auinionis monaſterium ordis Carthuſienſ· Et multa priuilegia eidem ſancto ordini conceſſit· ibidemqꝫ ſepelitur· Fuit etiam canoniſta maximus·

¶ Terremotus maximi fuerunt per diuerſa loca et Baſilea tota ce cidit cū multis caſtris in circuitu. Tunc homines velut beſtie in ſiluis cōmorabātur nec ciuitates intrare audēt. Bella etiā plura et peſtilentie et fames fuerūt. Terraqꝫ in multis locis aquā albam et fetentē euomuit. q̄ caſtra et loca fortia caſui dedit. Tpa peccamī noſa ꝓpter hereſes et ſectas plures et ſupbia et iniq̄tas nimis inualuit. Unde in libro btē Brigitte primo ca. 95. dr q̄ ſm rigorē iuſtitie mūdus merito deberet perire. q̄ peius eſt q̄ tēpore diluuij. ſed p̄cibus ſanctorum mīa pcit ei.

¶ Imperatores. ¶ Brigitta vidua ſanctiſſima de regno Suetie clara habetur. multas reuelacōes habuit informatiuas ad omnē ſtatū ecclē et ordinem inſtituit cuius ipſa patrona ē. Feſtum eius agitur. 23. Julij.

¶ Ordo Saluatoris q̄ vulgariter dr ordo Brigitte circa hec tēpora inchoat cuius regulā ipſe ſaluator met dictauit.

¶ Studiū Prage inſtitutū ē. Et priuilegijs dotat ab Innocētio ſexto intuitu Karoli

¶ Johēs de Rupeciſſa de ordine minorū multa p̄dixit mox futura de duobꝫ antixp̄is et de ſolacōe terrarū et generali conculcatione cleri et reductōe totius orbꝫ ad fidē xp̄i. Pluraqꝫ alia ante annū dnī 1370. q̄ dixit ſibi reuelata a dño Jhū. ſed non euenerūt. Et diu in vincul tentus grādia ſcripſit de futuris. Et nota q̄ pene ab initio fidei huiōi p̄noſticatores fuerunt. et q̄tq̄t tēpus determinatū predixerūt de huiōi archanis q̄ pater poſuit in ſua ptāte decepti ſūt. Et ideo non eſt huiōi reuelationibꝫ fides amplius adhibenda.

¶ Eclipſ ſolis fuit in principio Marcij et durauit q̄ſi duabꝫ hoīs. Tpa mltū ſupſtitioſa et curioſa et pplus leuis nimis.

¶ Katherina de Senis virgo incōparabilis ſanctitatis fuit. cuius vitam ſcripſit magiſter Jordan' ordinis predicatorū confeſſor eius. obijt anno 1380. Multū iuſtificauit ꝑem Urbam ſexti dicēdo ipſum eſſe verum papam et de ſciſmate prophetauit 2c.

¶ Habuit ſecū virginem ſcāꝫ Katherinā filiā btē Birgitte et alias plures vtriuſqꝫ ſexus perſonas venerabiles.

¶ Cauſa humane malitie a doctis viris mltiplex aſſignat. inter q̄ nō minima ē q̄ parētes filios non educāt diſciplinate. ſed ꝑmittunt eos ad placitum delicijs affluere. Petulantia igit cum ex conſuetudine in naturam tranſierit nec erubeſcere nec timere pñt. Fitqꝫ cor eius dura donec paupertate. bellis laboribus et alijs tribulationibus molleſcat attrita. Flagella ergo ſibi preparat: qui filios non caſtigat.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| ¶ Anno mundi | 6552. | | 6563. | |
| Pape. | Urban' quintus ānis. 8. | ¶ Cōſtitutio ne in vinea publicatur cōtra ſymoniacam prauitatē primo anno Urbani in vrbe apud ſanctū Petrū. | | Gregori' us. 11'. ānis. 8. |
| ¶ Anno xp̄i. | 1358. | | 1369. | |

¶ Iſte Urbanus fuit abbas Maſſilienſ ordinis ſancti Benedicti decretorū doctor et ſcūs reputatur. Fecit crucē predicari contra Thurcos et paſſagiū ordinauit. intoxicatus obijt 2c. Ad ipſū beata Birgitta fuit miſſa a xp̄o ꝓ confirmatione regule.

¶ Iſte Gregorius fuit dñs petrus de belle forte lemomcēſis dyocēſis dyaconus cardinalis obijt Rome in pace xp̄i. Poſt eum ſeq̄tur tribulatio quā dñs beate Birgitte preoſtendit ꝓpter peccata cleri.

¶ Circa hec tpa ꝑmiſit Karol' quartus electoribꝫ theolonea et vectigalia imperialia q̄ ſita fuerunt i terris ipſorū. Et ſurgit diſputatio gradis ꝓ et ↄtra.

¶ Nam vna poſitio ꝓbare contēdit q̄ hoc non liceat neqꝫ expediat ſic exoſſare imperiū vt nullas vires ↄtra aduerſates retineat. Alia econtra putat racōnabile hoc factū ne ipſorū electorū regiones grauent ſtante ꝓ nunc tot aliorū principū violenta incurſione nihilqꝫ curātium de imperialium fulminatiōe p̄ceptorū. Quare ergo ipſi electores p̄ ceteris exactionari deberent cū nō eſſet q̄ defenderet aut manū auxiliatricē afflictis porrigeret. Que autē iſtarū firmior ſit videant quorū intereſt. Quid vero de hijs Eneas poeta laureatus ſenſerit: in hyſtoria Bohemorū plenius continet. Hoc ꝓ certo ſcimus q̄ ſiue ſic ſiue aliter diſputatio concludat mundus iſte curſum ſuum a ſolita vanitate et iſtabilitate non retrahet. Nihil ſtabile ſub ſole. ſed cūcta ſubiacent vanitati vt ſapiens dicit.

Wenceſ laus an nis. 29.

Iſte Wenceſlaus filius predicti karoli regis Bohemie fuit et adhuc patre viuente electus eſt in regē cum puer eſſet. ſed non curauit de imperio et ideo poſt multas admonitiones tādem depoſitus fuit. Nobilem eius indolem libidinoſa vita polluit et fuit finis eius ſine honore. nimis eñ degener erat a moribus et virtutib9 ſui genitoris nec vnq̄ imperiali dyademate coronatus eſt. Paterna autem pbitas in Sigiſmundū fratrem eius tranſiſſe fertur. vt patet infra.

¶ Secta choriſantiū trāſiuit anno dñi. 1373. Et fuit renus magnus incōpabil'r.

¶ Bartholus et Baldus fuerunt h' tpe maximi legiſte

¶ Feſtū viſitacōis btē Marie inſtituit' ab Vrbano. 6. ſm formā ſacramti eucariſtie ꝓpter impetrādam vnionem meritis btē Marie virginis.

¶ Vincētius de Valentia alias de Ferra vir ſcūs ordinis predicatoꝝ claret miracul' mltis canoniſatus eſt poſt a Calixto. 3. anno dñi. 1455. quod et ſibi in ſpiritu ꝓphetico pdixit Bernhardus diſcipulus eius fuit.

¶ Sciſma. 22. oim ſciſmatū que añ fuerunt peſſimū et ſbtiliſſimū. Adeo eñ ꝑplexū fuit ut etiā doctiſſimi et cōſcientioſi viri nō valerēt diſcutere cui eſſet magis adherēdum. Et fuit ꝯtinuatū p ānos. 40. cū graui ſcādalo totius cleri et grādi iactura aīaꝝ. ꝓpter hereſes et alia deuia q̄ tunc pullularunt eo q' non eſſ; diſciplina in ecca ꝯtra huiōi. Et ideo ab iſto Vrbano. 6. vſq; ad Martinū neſcio q̄s fuerit papa.

¶ Iſte Bonifaci9 eligit' ſnome loco Vrbani. Dicus fuit Petrus de Thomacellis et continuat' ſciſma.

6572. 6583

Vrbanus 6. annis. 11. Bonifaci9 9. annis. 15.

¶ Sciſma peſſimū quod durauit annis. 40.

Clemens 7. annis. 15. Bñdcūs 13' annis. 21.

1378. 1389.

Iſte Vrbanus electus fuit in vrbe ꝓpter vim Romanorū. ſed cardinales hoc metu fecerunt et non ex animo. Quapropter fugiētes ad ciuitatē fundoꝝ. dixerunt eū non eſſe papā. Et elegerūt loco eius dñm Robtū de Gebennis eodē anno q̄ dcūs eſt Clemens. 7. Et h' ortum ſciſma.

¶ Iſte Benedcūs fuit elcūs in Auinione in locū Clementis et dicebat' Petrus de luna et pdurauit vſq; ad ꝯcilū Conſtāciense ſed nec tunc quidē obedire voluit ſed ſēper manſit ptinax. Moriens tandem in regno Arragonie iuſſit ſuis cardinalib9 q' ſtatim aliū loco ſui eligerent. Quod et fecerunt et ydolū eleuantes Clementē. 8. vocauerunt ſed nihil ꝓfecerunt.

¶ Iſte Ruptus fuit dux Bauarie et comes palatin⁹ Reni vir iuſtus et catholicus coronatus a Bonifacio·9· Hic cū grandi exercitu Almanorū intrauit Ytaliam contra Johannem ducem Galiaſe· ſed cum iactura graui rediit· dignus habitus vt ꝓ iuſtitia pateretur·

Ruptus annis·9·

1908·

Cometa apparuit et ſtatim poſt Leodiū ceciderūt·90·milibꝫ interfectis Et dn̄i Pruthenī cōtra regez Polonie bellātes ſupati ſūt occiſ·90·milibꝫ·

¶ Impatores·

¶ Gherardus groet claret ſanctitate et ſcientia et incepit ꝯgregacōnem fratꝝ in Dauantria et plura ſcripſit·

¶ Johes Ruſbroch vir clarus habet͛· vir admoduz deuotus et illuminatus· Etiam multa ſcripta in teutonico reliquit·

¶ Henricus Oyta ſacre theologie ꝓfeſſor famoſus·

¶ Henricus de Haſſia etiā doctor theologie· fuerunt in Vienna duo lumina ecclesie·

¶ Heresis peruerſa Johis wycleff in Anglia et Johes hus in Bohemia ac Jeronimi de Praga pullulauit et multos infecit et ſub habitu ouino lupinam crudelitatē abſcondētes· totū eccaſticū ſtatum ſubuertere nitebant͛· Adiuuit eos tēpus peſſimū ꝓpter ſcandaloſū ſciſma·

¶ Heresis Adamitarū pullulare cepit in Bohemia· ſed ſtatim extincta ab hereticis fuit· ſcz Huſſitis· Erat enī nimis groſſa et inuerecūda Nam nudi incedebant et indifferēter cum feminis luxuriabantur·

¶ Petrus de Elia eo theolog⁹ Johes Gerſon diſcipul⁹ eius etiā doctor theologie clarēt Pariſius·

¶ Concilium Piſanū in quo īchoata fuit materia de mōfacīēde vnionis· Duos enī depoſuit et terciū ſubſtituit et ſic peior ſciſſura facta eſt· qꝛ non ꝓualuit exequi bonū qd decreuit·

1907·

¶ Ludowicus dux Aurelianenſis frater regis Francie occiſus eſt Pariſius inſidioſe· Et fuit occaſio multorū maloꝝ· Cauſa acta eſt in concilio Conſtan̄·

¶ Anno mūdi· 6593· 6603·

Innocēcius 7⁹ an·2· · Gregorius·12· an·12· · Grecus· Alexander·5· an·1·

Pape·

¶ Anno xp̄i· 1399· 1909·

¶ Iſte Innocencius fuit electus Rome in locū Bonifacij dicebatur Coſmarus de Apruſio·

¶ Trifarius curſus tēpoꝝ reperitur q̄ ſe miro ordine alternat et ſm̄ hunc omnis ſtatus omnis condicō ſe gubernat· primus eſt abundantie· Secundus īdigentie· Tercius tēperantie Cum enī temporalium abundantia arridet hoīes fiunt animoſi et grādia attēptant pleſqꝫ velut futuri ſublimes delicate et pōpoſe educāt· Sequitur ex hiis ſcandalū et diſcordia qm̄ nullus alteri cedere didicit· donec apta bella cūcta ad pauptatē deducant· Indigentes igit͛ effecti prudētiā addiſcimus moleſte experti ꝙ non vt volumus ſed ut permittimur operamur· tēperate deinceps viuere ac meticuloſe ſolemus· Generat deniqꝫ tēperātia hec paulatim diuitias que iteꝝ vt prius aīm tumidū reddunt et eum ī circuitu ſempiterne īſtabilitatis ambulare cogunt· Iuxta cōe prouerbiū· Diuitie pariunt aīoſitates· aīoſitates bella· bella paupertatē· paupertas mediocritatē· mediocritas diuitias· diuitie iteꝝ aīoſitates ⁊c̄ Hoc eſt qd ꝑs· notat dicēs In circuitu ipſi ambulant·

¶ Iſte Gregorius fuit electus Rome loco Innocēcij vocabat͛ angelus Corarius ceſſit in concilio Conſtan̄·

¶ Iſte Alexander fuit elcūs in cōcilio Piſano dicebat͛ petrus de Cādia· Et ſic additū eſt ſciſma ſciſmati· qꝛ tres gerebant ſe ꝓ ſummis pontificibus·

Trifarius temporis curſus — Abundantie / Indigentie / temperantie

¶ Iſte Sigiſmūdus fuit rex Vngarie vir xpianiſſimus et humillimus adeo deuotus vt merito canonizari debuiſſꝫ iuxta q̄rundaꝫ pioꝝ vota Hic afflicte ecclē ꝛ pene deſolate ſua mirabili ſapiā et induſtria ſuccurrit · nec in aliq̄ ſibi ac ſuis pepcit donec plena vnio fieret Contra turcos noue bella habuit · vbiqꝫ triūphādo q̄d vltra: Que de Cōſtantino Theodoſio Karolo Ottone ceteriſqꝫ imperatoribꝰ laude digna ſcribunt · huic ſecure pn̄t applicari · eligit̄ anno · 1409 · cū iā · 22 · annis regnaſſꝫ in Vngaria · Coronatus fuit ab Eugenio ·

Sigiſmū dꝰ ā · 27 · filiꝰ Karoli ·

¶ Bohemia vaſtatur atrociter p Sigiſmūdū et principes Almanie ꝓpter heresim Huſſitaꝝ · Et crux fuit data ꝛ p̄dicata contra eos ·

1415 ·

¶ Concilium Conſtāciense magnū in quo fides xpiana q̄ iam multis annis q̄ſi titubare videbat̄ fortiter reſurrexit · ibi ſciſma peſſimū 40 · annoꝝ terminatū eſt · ibi hereſes dāpnate ꝛ duo hereſiarche ſcꝫ Johes Hus et Jeronimus ꝯbuſti fuerunt et plura bona inſtituta · Determinauit eciā eadē ſcā ſynodus ꝙ ꝯciliū legitime cōgregatū repn̄tans ecclām vniuerſalē ptātem habet a xp̄o immediate · cui oīs ſtatus eciā papalis obedire tenetur in hijs q̄ ſunt ad generalem reformacōem ecclē · ſ. in fide et moribꝰ tam in capite q̄ꝫ in mēbris · Itē ꝙ deinceps ꝯciliū de decennio in decennium deberet celebrari ꝛc ·

¶ Frācia ante hec tēpora diu in flore · ſꝫ in merore et ꝯculcacōe fuit iuxta morē variabilitatis tpaliū · Et nota ꝙ Frāci etiā extra patriā · ſ. in Turcia miſerabiliſſime ceciderunt in bello q̄ noluerunt audire cū filiū Sigiſmūdi et captus fuit dux Burgūdie alijs interfectis ·

¶ Regnū Frācie florētiſſimū miſerabilr̄ ſupra modū vaſtat̄ p Henricū regem Anglie q̄ etiaꝫ non valēs q̄etos dies in delicijs ſufferre · poſtq̄ꝫ alios afflixit nō ſine grādi iactura ſuorū infeliciſſime morbo peſſimo vitā finiuit · Itēqꝫ Johes dux Burgūdie idē regnū eq̄ lacerauit et ipſe eciā poſt occidit̄ q̄d fuit i finitorū malorū occaſio · Tandē dn̄s cardinal̄ ſancte crucis ordinis carthuſieñ pacis modū inter eos repperit · ſꝫ Anglici noluerunt recipere ſꝫ Burgūdi tm̄ ·

¶ Johes dux Burgūdie atrociter occidit̄ in cōſpectu regis Frācie ſtatī poſt treugas initas cū ſacramentū diuinū ambo ſumpſiſſent · Et ſequuntur multa mala longo tēpore ·

¶ Duo amātes in pn̄tia Sigiſmūdi fatuo amore cōglobati cū ſe ad libitū frui non poſſent horribili infirmitate paſſi ſunt ita vt mulier expiraret · vir eciā vix curari poterat · vn̄ apparet q̄ntū ſit hoc malū vitāduꝫ q̄d nullo ꝯſilio adq̄ſcere ſc̄t ·

6617 · — 6623 ·

Romanus · — Venetus ·

Johes 23ꝰ · an · 5 · dūis — Balthaſar de Coxa ·

Martinꝰ quintus an · 14 ·

dñs Gabriel de Venecijs · — Eugenius 4ꝰ · ānis · 17

1419 · — 1429 ·

¶ Iſte Johannes ſucceſſit Alexandro Et primū quidē bene ichoauit ꝓ vnione et fuit in ꝯcilio cōſtañ et obtulit ceſſionē papatus · ſꝫ poſtꝰ deprauatꝰ lanter fugit ꝛ tn̄ nihil ꝓfecit ei · capit̄ tandē et ſic ceſſauit coactus · fc̄us etiā iterū cardinal̄ · ſepultus Florētie ·

¶ Iſte Martinus fuit electus per ꝯciliū conſtañ · depoſitis alijs ꝯtendentibꝰ q̄ diu ſciſma habuerunt · Et ſic rediit vnio diu deſiderata et neccāria ꝓ fidei defenſione · Hic fuit papa potētiſſimꝰ ſuper oms̄ duces et iuſticiarius magnus plateas ꝛ ſtratas publicas ſecuras reddidit · hereticos deleuit · multa bona patrauit · adiuuante ſibi inclito principe Sigiſmundo · ꝓ terra ſacta recuperāda multos theſauros congregauit · ſed morte p̄uentus res impedita fuit · Et ꝯcilium breuiter ante mortē congregari iuſſit in Baſilea ·

¶ Iſte Eugenius fuit electus pacifice in vrbe mortuo Martino et indubitatus papa habitus · ſed poſtea breuiter expulſus de roma fuit ita vt nudus fugeret · Itēꝫ a ꝯcilio Baſilienſi citatꝰ et etiā depoſitus fuit ſed non curauit · Et ob hoc iterꝝ ſciſma oritur quod ſtetit vſqꝫ ad mortē eius · Qui fauebant ſibi multa laude digna de eo dixerunt · Econtra q̄ aduerſabant̄ plura enormia ſibi impoſuerunt · ꝛc · vt moris eſt · Tn̄ quicq̄d eſt ante ſuſceptā dignitatem fuit vir abſtracte vite puta fratricella et bone fame · Quod poſtea fertur feciſſe diuino iudicio relinquo · Ipſe etiā Romā recuperauit adiutus a Venetis et maiorē obedientiam habuit ·

Iſte Albert⁹ fuit dux Auſtrie et gener Sigiſmūdi et iō aſſumpt⁹ fuit in regē Bohemie et Vngarie ꝓpter filiā ſ. eius q: aliū heredē non reliqt. Hic elcūs fuit in regē Almanie. ſ; stati intoxicatus obijt. Alij dicūt ꝙ ꝑ fluuio vētris. Vir vtiq; totaliter virtuoſus et adeo pius vt tota plebs diceret ꝙ mūdus eius pñſētia non eēt dign⁹ Reliquit vnū filiū puulū cui ſimile contigit et duas filias.

Iſte Frederic⁹ dux Auſtrie elcūs fuit in regē Almanie et diu diſtulit coronari a papa ꝓpter ſciſma. Tandē fcā vniōne a Nicolao cū magna glia. impiali dyademate extitit in vrbe coronat⁹. vir vtiq; pacific⁹ et qet⁹ et paciē ſingularis nec odiens cleꝝ. Filiāq; regis Portugalie ſupſit in vxorē. Anno autē. 1471. magnā fecit ꝯuocacōez pncipū in Ratiſpona ꝓpter incurſuz Thurcoꝝ: ꝓponens eis ꝙ iā infra. 20. ānos xpianitas diminuta eēt ad cētum leucas vel qſi. Et monuit vt ad reſiſtēdū ſe pararēt.

Impatores elcūs ē Fracfordie 1438. 8. 18. marcij | Albertus anno. j. | Fridericus. 3⁹.

Conſtātinopol' ciuitas ipeial' capit' ab īfidel. bꝫ Thurcis tradita p quēdam Ianuenſē cui p tradiciū a thurco ꝯſtituit' rex iuxta ꝓmiſſuz et die 3. decollat'. Et fit planctus in tota xpianitate et timor grādis. Multi xpiani trucidati ſūt et innūerabiles vēditi. Impatoris corpus iā mortuū decapitatū fuit ex liuore turci ꝛc. Et perijt pene total' fides in Grecia.

Tres ſoles viſi ſūt in celo. Et ſeqtur stati triplex regimē in ecclā. ſ. Eugenij Concilij et Neutralitatis. Multa dicūtur.

Item anno xpi. 1448. fuit ventus maximus ꝛc.

Conciliū Baſilieñ. in quo multa bona inſtituta fuerūt ꝓ reformacōne eccē in capite et in mēbris. Habuit principiū glorioſū ſed finē hūilem ac tribulatione plenū ꝓpter ſciſma. Mirabil' reꝝ euentus. ꝓualuit ꝯciliū Conſtantienſe ꝯtra tres papas eos deponendo et quartū inſtituendo. cū tot hēret aduerſitates. et a nullo ꝯfirmatū fuiſſ;. Iſtud autē tāta auctoritate collectū et firmatū. nec vnū potuit vel in modico reducere ad normā ſui ꝓpoſiti. imo ecōtra proceſſus eius ipeditus fuit ab vno. Ibi debile principiū et finis glorioſus ꝭ econtra preceſſe.

Ligwit virgo ſcā in Hollādia fuit q̄ mirabili infirmitate diu detēta vbiq; pati' et in toto corpe iuxta nomē ſuū.

Ludowicus Arelateñs eps cardinal' morit' vir ſcē vite ac mire paciē. miracul' choruſcās. ſingularis colūna ꝯcilij Baſilieñ. cui diu preſedit

Bernhardin⁹ frater minor q̄ nouā reformacōez inchoāuit morit'. miraculis fulgens. cuius feſtū agitur. 20. Maij.

Iohes de Capeſtrano frater minor diſcipulus Bernhardini poſt obitū eius ꝑfuit reformacōni noue claret miraculis moritur. 1456. habita victoria contra turcos.

Anno mundi. 6637. — 6653.

Pape. 1439. die. 17. Nouembris. | Felix. 5. annis. 9. eligitur. | Eugenius depoſitus fuit decima die Iulij. 1439. Et ꝭ orit' ſciſma vſq; ad annū. 1448. | Nicola⁹ quintus. annis. 8. | Ianuenſis electus fuit anno. 1447. et moritur anno. 1455.

Anno Chriſti. 1438. — 1449.

Iſte Felix fuit dux Sabaudie princeps deuotus et ſenex. vidit filios filioꝝ ſuoꝝ. Hic cū iā celibē vitā duceret: elcūs ē in papā a ꝯcilio Baſilieñ. depoſito Eugenio et fuit ſciſma longo tpe et non habuit magnā obīam q: neutralitas ſubintrauit. Tandē defuncto Eugenio ceſſit Nicolao ꝓpter fauorē vnionis factus legatus Frācie et cardinal' Sabinian⁹.

Sciſma. 23. inter Eugeniū et Felicē et durauit annis. 16. Cā fuit ſatis noua nec an̄ hec tpa viſa. q: ꝯciliū Baſilieñ. depoſuit Eugeniū vnicū et indubitatū papā. ideo ꝙ non ſeruaret decreta ꝯcilij Conſtañ. vt dicebat'. nec obedire curauit ꝯcilio Baſilieñ. aſſerēs magis econtra dēre fieri. Vñ orit' grādis altercatio ſcribentiū de hac materia ꝓ et cōtra nec poterāt ꝯcordari vſ; hodie. Vna pars dic̄ ꝯciliū ē ſupra papā. Alia pars econtra dicit nō ſed papa eſt ſupra ꝯciliū. De⁹ ſup oīa bñdcūs det pacē ſuā in ecclā ſcā ſpōſa xpi ſep.

Iſte Nicolaus elcūs in vrbe loco Eugenij adhuc pendēte ſciſmate. paulatim vbiq; obtinuit obīam mirātibus omnibꝫ ꝙ vir humillime nacōis ſic ꝑualeret ꝯtra ducē Sabaudie q̄ fuit qſi affinis cūctis pncipibꝫ xpianitatis et tñ dimiſſus ab omnibꝫ. Sed stati ſeqnti āno vnio reddijt cedēte Felice. q: placuit dño p abiecta mūdi glorificare nomen ſuum. Hic fuit magiſter in theologia totus actiu⁹ et in ꝯceptibꝫ locuples. multa diruta reedificauit. et grādem murū rome in circuitu palacij ꝯſtruxit. et totū murū romanū reintegrauit ꝓpter timorē turcoꝝ. Item verſus de vnione in vrbe publicatus. Lux fulſit mundo: ceſſit Felix Nicolao. videlicet anno. 1449.

Bella plura in diuerſis partibus diu continuatā. in Weſtphalia. in Pruſſia. in Flādria. in Romania. in Suewia. Magūtia ꝛc. et ſāpue i Anglia ſtrages grādis. Et poſt āno. 1461. Magūtia capit'.

Iubileus cū magna deuocōe per totā xpianitatē celebratur et ingens multitudo ad limina apl'oꝝ confluit. Hic etiā papa roſā in dñica Letare conſecratā inclito principi Lantgrauio Haſſie trāſmiſit multis virtutibꝫ redimito q̄ ab Elyſabeth ſācta mr̄e ſua fuit ꝓles ſexta.

¶ Pueri ſacti Michaelis peregrinãtur cũ magno feruore p turmas viam longã ad mare Et fit timor cũctis ne ſpũs neq̃ agitaret eos. Sed ſtatiʒ ceſſaunt ꝓpter tediũ itineris et famẽ quam patiebantᷣ 1457. et anno ꝑcedẽti fuit maxim⁹ terremotus in Neapoli et perierũt multi. 30. milia Artifices mira celeritate ſcribẽdi libros ſolito fiũt Et impſſiões librorum multiplicãtᷣ in terra orbe ſue artis hñtes i Maguntia

Leodiũ multis tribulacõibus atteritᷣ et poſt ãno. 1468. deſtruitᷣ totalᷣr p Karolũ ducẽ Burgũdie. Et Dynant ãno ꝑcedẽti. Etiã ideʒ anno. 73. intrauit terrã Gelrie et obtinuit eam.

¶ Reformacõ magna plurimorũ monaſterioꝝ in diuerſis mũdi ptibus fit Et nota q huiõi reformacões crebro leguntur facte ſʒ pene nulla remãſit q̃n ſolito more p ſucceſſuʒ tpis ad priſtmũ relaberetᷣ languorẽ poſt venerabiliũ patrũ mortẽ.

¶ Feſtũ trãſfiguracõis inſtituitᷣ a Calixto ꝓ grãꝝactione illius victorie miraculoſe fcẽ contra Turcũ in Vngaria eodẽ die. ſ. ſacti Sixti. 1457.

¶ Victoria miraculoſa celitus datᷣ xpianis in Vngaria trãs Danubiũ contra Turcũ magnũ Et pdidit multos et fugit turpiter timore hoſtiũ pulſus cũ nemo eũ pſeq̃retur. Sola manus dei terruit eũ in die ſancti Sixti anno xpi. 1456. Lũis Johes de Capeſtrano pñs fuit ibi et prouocauit pplm trepidantẽ ad pſequendũ infideles fugientes et facta eſt vltio magna. Dixerunt eñi Turcũ q tã immenſus nũerus armigeroꝝ inſeq̃bantᷣ eos q vix auſi fuerunt reſpicere et ideo fugiſſent relictis omnibus. Ipſi fuerunt ſancti angeli.

¶ Jubile⁹ mutatᷣ in fauorem animarũ p Paulũ de. 25. in. 25. annũ. vt q̃ abũdat iniq̃tas: ſuꝑabundet et gracia.

¶ Cometa apparuit in principio ãni. 1472. circa feſtum ſancte Agnetis trãſiuit ſup Coloniaʒ in oppoſito libre Et caudã longam q̃ſi graduũ. 30. miſit ad occidentẽ In feſto ſacti Blaſij ſtetit in Ariete et miſit caudaʒ q̃ſi ad Pliades verſus orienteʒ Paga nimis erat alba q̃ñq̃ʒ et flãmea cauda q̃ʒ valde. Sequũtur bella et epidimie in diuerſ ptibus. Et anno. 73. fuit eſtas feruentiſſima et ſiccitas inaudita et in q̃buſdã terris ignis ſb terra ſucceſſus vſʒ ad arenã fuit

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 6653. | | | 6663. | | | | 6673. | |
| | | | | | | Venetus filius ſororis Eugenij. | | |
| ¶ Pape. ã. 3. m. 5. | Calix t⁹. 3⁹ | Cathalanus. | Pius 2⁹ ã 6 | Tuſcus de ſenis | Paulus 2⁹ | an. 7. | Sixt⁹ 4⁹ | Januenſis ordinis minorum. |
| 1458 | | | 1465. | | | | 1474. | |

¶ Iſte Calixtus vir valde ſenex elc̃us fuit et contínue infirmus nec potuit pficere zelũ ſuum quẽ contra Turcos conceperat ipediẽte ſenio morteq̃ʒ ꝑuenientẽ Elc̃us fuit. 1455. et moritᷣ. 1458. ipſo die Sixti in quo feſtũ trãſfiguracõis inſtituit anno vno elapſo. Ipſe etiã canoniſauit ſcm̃ Vincẽciũ ordinis predicatoꝝ.

¶ Iſte Pius elc̃us eſt anno dñi. 1458. et vocabatᷣ Eneas vir eloquens et orator magn⁹ poetaq̃ʒ laureatus Imperatoris ambaſiator ãn fuit. et in concilio Baſilienſ notabilem tractatũ ſcripſit ꝓ auctoritate eiuſdẽ. Hic paſſagiũ ordinare cupiens cũ plures ex Alamania veniſſent Romã ipſos cũ bñdccõe remiſit ad ꝓpria. eo q ñ ſuffecíſſent. Et ſtatim ipſe poſt moritᷣ. 1464. diebus 14. menſis Auguſti. Ipſe etiã canoniſauit ſcãm Katherinam de Senis.

¶ Iſte Paulus elc̃us eſt anno dñi. 1464. Et ſtatim approbauit celebracõem feſti pñtationis bte virginis glorioſe ſicut Pius. Hic in ſignãdis peticõibus maturus fuit et iuſtitie tenax. q̃ſi melius foret pauca condonare et ea firmiter ſeruareᷣ q̃ plura ſignare et ſtatim reuocare Grãde palaciũ conſtruxit apud ſcm̃ Marcũ ãn cuius conplecõem moritᷣ anno 1471. 14. Julij.

Hic ante cardinalatũ fuit generalᷣ in ordine minoꝝ. elc̃us anno 1471. vocabatᷣ autẽ Frãciſcus de Sauona ꝓpe ianuã bone fame et moꝝ Fuit etiã vocatus ad cardinalatũ abſʒ ſcitu ſuo. Eodẽ anno orator v. legatus Venetoꝝ recitauit corã eo q turcus abſtuliſſʒ xpianitati duo ip̃eria. 4. regna. 20. prouincias. et. 200. vrbes pplmq̃ʒ abſʒ numero vtriuſq̃ʒ ſexus. Portabatᷣ q̃ʒ vt ad reſiſtendũ ſe diſponeret.

¶ Opuſculũ vtiq̃ʒ omni ſtatui. atq̃ʒ hominũ gradui ad vitã exemplandam ꝑutile. cõtinens ſuccincte ꝓgreſſum patꝝ ab inicõ mundi vſq̃ʒ ad hoc noſtꝝ tẽpus. cũ actis notabilioribus eorundẽ. Q. d deuotus q̃dam Carthuſienſ. eius autor. j. Faſciculũ tpm nũcupauit Impſſum p me Henricũ quentel Et admiſſuʒ ab alma vniuerſitate Colonienſ. Explicit feliciter Sub anno dñi. 1480. LAVS. DEO.